

245060342

D. ANTONII FERNANDEZ

DE OTERO

TRACTATUS

DE OFFICIALIBUS

REIPUBLICÆ.

D. ANTONII FERNANDEZ
DE OTERO

I. C. CARRIONENSIS;

OLIM IN PINTIANA ACAD. INSTITUTIONUM

Civilium Cathedræ Moderatoris; deinde in Pintiano Regio
Senatu Forensium causarum Patroni,

TRACTATUS

DE OFFICIALIBUS

REIPUBLICÆ,

NEC NON OPPIDORUM UTRIUSQUE

Castalib. et Civit. CASTELLÆ,

et de eorundem Electione, Usu & Exercitio.

Magis. OPUS NON SOLUM TIRO NIBUS,

Sed etiam Magistris pernecessarium;

DUPplici INDICE, CAPITUM SCILICET,
& Rerum locupletatum.

EDITIO SECUNDA.



LUGDUNI,

Sumptibus ANISSON & IOAN. POSUEL,

M. DCC.

CUM PERMISSU SUPERIORUM.



PROLOQUIUM

A D

LECTOREM.

PRÆFATIONUM usus, in Librorum editionibus, non omnibus probatur, utpotè quæ Lectori in altum properanti remoram injicere videantur, & Genium rem ipsam cominus videre gestiens retinaculis importunis præpediant. Cui etenim bono, inquit, Tabellæ publicè propositæ velum obducere, & præsentem voluptatem avidis præripere oculis jamjam ad illam contemplandam ardentibus, vel elurientem atque mensæ assidentem longiore discursu convivam distingere, quæ scilicet arte, quibusvè condimentis edulia parata sint, quasi aures prius quam os & ventres, saturandæ sint? At verò ceteri, quibus lanior residet sententia, quamvis prolixiora Lectorem fatigantia Prolegomena explodant, non tamen recusant ea quæ brevem totius Operis synopsis exhibent tanquam in speculo, ut hac ratione mens imbuta primis rei differendæ rudimentis, faciliori negotio intentionem Authoris percipiat, & delicatiori oblectatione singularum totius Operis partium pulchritudinem intueatur.

Quare operæ pretium duxi compendiariam hujus Tractatus delineationem in limine præponere, duabus distincti partibus, quarum prior agit de Officialibus Republicæ Hispanorum, sive utriusque Castellæ in genere: posterior verò Prætores, seu Iudices Ordinarios Civitatum & Oppidorum tam Regiæ Coronæ, quàm privatorum Toparcharum in specie considerat.

Amplissima quidem materia est juxtà ac utilissima, siquidem in omni Republica bene constituta, Magistratuum institutio principem locum sibi facilè vindicat, sine quorum autoritate, prudentia, & diligentia stare minimè potest, ut quemadmodum



D. ANTONII FERNANDEZ
 DE OTERO,
 I.C. CARRIONENSIS,
 TRACTATUS
 DE OFFICIALIBUS.
 PARS PRIMA.



CAPUT PRIMUM,

Quid Officialium nomine compre-
 hendatur, & quid sit electio?

SUMMARIUM.

- 1 Officialium verbo quid significetur?
- 2 Officiales à verbo officio derivantur.
- 3 Officium dicitur quod quisque efficere de-
 bet.
- 4 Officium pietatis quid?
- 5 Officium Aui circa Repetem quid?
- 6 Officium paternum?
- 7 Officium Magistratus?
- 8 Officium pro munere publico & honore
 usurpatur.
- 9 Officium consuale.
- 10 Cohortale.
- 11 Comitianum.
- 12 Officium quandoque dicitur ipse locus in
 quo Officiales consistunt.
- 13 Officium nobile & mercenarium quid?
- 14 Officia quaedam publica, quaedam verbò
 privata.
- 15 Publica duplici sunt in differentia:
- 16 Privata quid sint.
- 17 Officium quid differat ab artificio?
- 18 Artes alia sordida, alia honesta.

- 19 Officia alia honorifica, alia vilia.
- 20 Officiales ab officio publico derivantur.
- 21 Officiales Reipublica quo sensu dicantur.
- 22 Regis dignitas an sit Officium.
- 23 An ex officio teneatur Rex Regis in-
 servire?
- 24 Imperare non solum est dignitas, sed ars
 artium omnium summa.
- 25 Proprium Regum officium quid?
- 26 Ars artium est hominum regem.
- 27 Electio à verbo eligere derivatur.
- 28 Electio proprie quid?
- 29 Electio generaliter definita quid?
- 30 Electionis definitio in genere.

DICTUM DE OFFICIALIBUS
 Reipublica, eorum crea-
 tione & usu, cum ceteris
 ad eorum ministerium spe-
 ctantibus rebus, oportet ut
 prius dignoscamus quid officialium ver-
 bo significetur, ut merito in proposito,
 cum Marcus Tullius, Ciceron, lib. 1. Officio-
 rum praefari voluit: placeat igitur, quo-
 niam omnis dispositio de officiis futura
 est, ante definire, quid sit officium, ut in-
 telligatur quid sit id de quo disputatur
 quod ita docet D. Ambrosius lib. 10. Of-
 ficerum in proximo;

Et sanè Officiales à verbo Officio deno-
 minantur